nati ſunt, alterum lento carcere invidi preſſerunt. Nicodemus Friſchlinꝰ *à Collegis ſuis ad mortem uſq; paſſus eſt perſecutionem, & tamen de Grammaticis tantum quæſtionibus certabatur. Nec minus* Gaſpar Scioppius *novis ſuæ* Grammaticæ Philoſophicæ *regulis, ad compendium tamen diſcendi mirè accommodatis, odiũ omniũ per Italiã pueritiæ ductorũ in ſe concitavit. Nihil de* Renato Carteſio, *Philoſophiæ; nihil de* Guilielmo Harveo *Medicinæ reformatore dicam, quorum nullus invidiam æqualium, nullus odia vul-*